

2

PERILLUSTREM DOMINUM  
DOMINUM  
**JOH. GEORGIUM**  
à Bonicau

HÆREDITARIUM in Wohla ET Schönbörn  
EX POTENTISSIMI POLONIARUM  
REGIS ET ELECTORIS SAXONIÆ IN COL-  
LEGIO AULICO ET AD APPELLATIONES  
SENATORIBUS

**PRÆSIDIO**  
CAUSARUM ECCLESIASTICARUM  
IN PROTO-SYNEDRIO DRESDENSI

CLEMENTISSIME PRAEPOSITUM  
ET SOLENNITER ADMOTUM  
DEVOTA GRATULATIONE VENERATUR


**PATRONUM SUMMUM**  
SUBMISSISSIMA CLIENTA

**ACADEMIA LIPSIENSIS**  
INTERPRETE  
JOH. HEINRICO ERNESTI, POES. PROF. PUBL.

---

LIPSIAE.

LITERIS IMMANUELIS TITII. 1713.



Umissi ante pedes primum procumbimus,  
HEROS.

Exigit id pietas, sumta ob nova numina stru-  
ctis

Ad cultum TIBI qva pendendum obstringi-  
muri aris

Multa tuis facti post hæc accesio curis.

Nos accepturos bona non exilia spes est,

Qvo ventura ad nos numero, seu qualia spectes.

Musarum Pater es, melius quid nomine dicto?

Custodit Domini justi clementia servos.

Propensum sentit commissa Clienta Patronum.

Qvod non auxilium per munera Præsidis adsit?

Commendat nobis qvin appellatio regem.

Principis auspiciis nam tanti & nomine præsto es.

Mars castra haud solum, sua sed quoque jactat Apollo.

Legatus cur non, cur non dux, SEMO, voceris?

Nostra eqvidemque Viri fervent in commoda TECUM,

Dotibus ingentes factis & numine Consi,

Eusebies qvos vel delubra sacrata putemus,

Astrææ vel qvos non parva palatia scribas.

Corporis ast tantos Caput ipsum dirigis artus;

Structuram hancque tuo decus est fundamine niti;

Ipse agmen ducis per pulchraque sidera Phœbus.

Ad TE sed qvis non convertit lumina census?

Ex TIBI decretis pendebunt templa scholæque,

Omnis Saxonicae qvot habet Provincia terræ.

Florens nobiscum TE respicit Hæmus ad Albim,

Et, qvas, bis binæ, simul ambæ tradimus, artes,  
Et tam qvi formant, qvam qvi formantur utrinque:  
Præcipue, coeunt qvæ, tot Collegia, nobis,  
Qvando Professores pariter conclavia claudunt,  
Dum simul existunt ad recta videnda Decani,  
Injuncta in cura qvum prenditur esse Decemvir,  
Qvum fert ex qvatuor suffragia Natio mensis.  
Ante & sic fueris sumtæ custodia præsens,  
Venturæ post hanc sperandus fonsqve salutis,  
Consilio auxilioqve potens in commoda Pindi,  
Atqve, in nos studio qvæ prona ardoreqve, sensis,  
Ut Domini ex rectis celebretur gloria gestis,  
Prosperitas populum beet utqve atqve erigat omnem.  
Scripta bona haud una est TIBI res qvæ proferat, HEROS.  
Ipse DEUS tecum est, multa pietate vereris  
Quem Tu perpetuò, qvamqve haud temeraverit error  
Unqvam, vel vanas simulatio ficta per artes.  
Judicium haud fallet, legit qvi, Principis in TE  
Non nudo affectu, qvam scit, virtute sed æqvum.  
Namqve Patrum fistis res, res hâc fistis avitas,  
Et qvem per totum cognatio dissipat orbem  
Splendorem illustris. Dic, qvæ sit fama togatis  
Ex rebus. Dic, qvæ Mavortia gloria præstet,  
Et per privatas qvæ sit laus edita villas,  
Vel non incipiat qvam STIRPS PONIKAVIA, vel non  
Continuet, multisqve augmentis impleat, aut qvam  
Laudatis patriæ studiis non vertat in usus?  
Teqve suam jactat tanta excellentia partem,  
Ad magna ingenium natura qvod ingerit aptum,  
Innatasqve acuit qvod magna industria vires.  
Artes sumfisti, qvas fert humanior Hæmus,  
Islebiensis apex teneris dum prospicit annis  
Saxonicæ intimiorqve vigor Kospothius aulæ.  
Non una adjiciunt Academica jura Themistos  
Facta, in Pandectis Cæsar qvid fanciat ipse,  
Qvid Feudis æqvum, Saxo qvâ lege regatur,  
Ius commune & qvid, qvid qvævis oppida mandent.  
Non vulgari & TE, nec trito discere more,

Indicio est, qvod bis mirata Academia nostra est  
In cathedra stantem, & multo, qvæ pectore docto,  
Applausu, servas, in tela objecta tuentem.  
Moxqve adeò factus, causas qvi librat in aula  
Absolvitqve reos, Numen, damnative, Senatus,  
Gestis, qvam per TE sit justa hæc Curia, pandis.  
Nil fuit abstrusum, cujus non pondera noras.  
Nulla hic judicium dandum corruptio falsat.  
Non laudanda, caves, ne sit cunctatio noxæ.  
Res incorruptas non festinatio laedit.  
Nunquam simplicitas TE judge damnat agentem.  
Te censente dolus turpis punitaqve fraus est.  
Servata integritas tam sancta est Principis ad TE  
Postquam alia advolvi jusfit tradiqve voluntas.  
Qvin plus adjunctum est. Cordi sunt Regis honores,  
Mirafides, Cunctas solers vigilancia per res,  
Destituens nunquam dubios prudentia casus,  
Utilia in cuncto observans nocituraqve tractu.  
O Musæ! Ex rebus qvæ spes non advolat istis?  
Atqve erit. Ad coelum castas modò tendite palmas,  
Munera ut ad tantum veniant pulcherrima donum,  
Sorsqve illi obtingat coelo dans fata placentum.  
Pectore concipiunt, Dominum exaudire precantes.  
Hincqve exspectantes ex TE summa omnia dicunt:  
Ergo veni, munusqve datum feliciter, HEROS,  
Accipito. Nobis fueris fortissima rupes,  
In mala defendat qvæ nos oblata receptas.  
Ex stabili fueris tu nobis ancora ferro.  
Ergo metum haud faciunt lapsi cum murmure fluctus.  
Non tantum in moestas sed fers solatia clades.  
Qvam nos, extiterit non fortunatior ex TE.  
Fertilitate boni fors sunt in nomine campi,  
Qveis frumenta vigent, qveis flos, qveis gramina, qveis  
frons.  
Sed juvet incertos qvid ferre ex nomine lufus?  
De virtute Deus si qvid promiserit orbi  
Constat, non dubium est, regimur, qvòd, Præside dum TE,  
Triticeus per nos luxus roseusqve nitebit.

PERILLUSTREM DOMINUM  
DOMINUM  
**JOH. GEORGIUM**  
à Bonicau

EDITARIUM in **Wohla** ET **Schönborn**  
ENTISSIMI POLONIARUM  
ELECTORIS SAXONIÆ IN COL-  
AULICO ET AD APPELLATIONES  
SENATORIBUS

**PRÆSIDIO**  
UM ECCLESIASTICARUM  
ROTO-SYNEDRIO DRESDENSI  
ENTISSIME PRAEPOSITUM  
ET SOLENNITER ADMOTUM  
OTA GRATULATIONE VENERATUR  
**TRONUM SUMMUM**  
SUBMISSISSIMA CLIENTA  
**CADEMIA LIPSIENSIS**  
INTERPRETE  
EINRICO ERNESTI, POES. PROF. PUBL.

*LIPSIAE.*  
LITERIS IMMANUELIS TITIL. 1713.

